

Adeste Populi

Seu qui bicipitis Aquilae Imperiali Subiacetis Gubernis  
Seu quos in Coronatu Candida alitis Nido dulcis libertatis, et perennis gloria  
Educauere

Hic in contiguo Imperij Regum Situs limite

Lapis

Non Corinthio aere fulgidus, vel Pheidiaei Stylli Sculptus Magisterio  
Sed rudi, et impolita massa obmutescens hominum linguis

Loquar ad Uos

Non multa, sed magna  
Non magnifica, sed veracissima  
Non inania, sed Solida.

Illustrissimus Comes in Wisnicz Lubomirski, Supremus Regni Mar-  
schalcus, eiusdemq; Exercituum Campi Dux, Cracouiensis, Sasimiriensis, Ol-  
stinensis, Chmielnicensis, Pereastauiensis, Niziniensis, Gubernator, Orbis  
Europaei Decus Throni, Sarmatici Fulcrum, Aequalitatis legum Poloniae Vindex  
Factionis Gallica Obex, Incomparabilis Sago, et Toga Proficuum Senator.

Dum se

Patriae Filium, non Priuignum  
Libertatis Alumnum, non Mancipium  
Regis Ministrum, non Seruum

Ostendit

Codiano Iudicio Iudicibus Indicibusq; iuxta exemptis pulsa simul  
Innocentia in Exilium iuit

Nulla demerita

Nisi quia Innocentis Abeles frugales Victima gratiae Caelo  
Exosa saepe Cruentem spernebatur

Inde ille terra pulsus

Hinc Patria

Ab Saeculum

Ferro et Charybe durius

Ab Virtus

Dominam te putaram, cum sis Serua Fortuna